

beáti Joánnis patrocínia circúmdent Sanctórum unánimi suffrágio cumuláta; quorum imáginés evícit in Ecclésia esse venerándas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

their heavenly weapons, and the patronage of blessed John compass us about, reinforced by the united prayers of the saints, the veneration of whose images by Thy Church he vindicated. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: MARCH 27, ST. JOHN DAMASCENE,  
DOCTOR OF THE CHURCH**

MASS *Tenuísti* (white)

**INTROIT Psalms 72: 24**

Tenuísti manum dexteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me, et cum glória suscepísti me. (Ps. 72: 1) Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde! Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sǣcula sǣculórum. Amen. Tenuísti manum dexteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me, et cum glória suscepísti me.

Thou hast held me by my right hand, and by Thy will Thou hast conducted me, and with Thy glory Thou hast received me. (Ps. 72: 1) How good is God to Israel, to them that are of a right heart! Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou hast held me by my right hand, and by Thy will Thou hast conducted me, and with Thy glory Thou hast received me.

**COLLECT**

Omnípotens sempitérne Deus, qui, ad cultum sacrarum imáginum asseréndum, beátum Joánnem coelésti doctrina et admirábili spíritus fortitúdine imbuísti: concéde nobis ejus intercessióne et exémplo; ut, quorum cólimus imagines, virtútes imitémur et patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

O almighty and everlasting God, Who didst fill blessed John with heavenly learning and with wonderful fortitude of spirit, that he might uphold the devotion due to holy images: grant us through his intercession and example, that we who revere the images of the Saints may both imitate their virtues and enjoy their patronage. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Wisdom 10: 10-17**

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honestum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in

The Lord conducted the just through the right ways, and showed him the kingdom of God, and gave him the knowledge of holy things: made him honorable in his labors, and accomplished his labors. In the deceit of them that overreached him, He stood by him, and made him honorable. He kept him safe from his enemies, and He defended him from seducers, and gave him a strong conflict, that he might overcome, and know that wisdom is mightier than all. He forsook not the just when he was

vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem ætérrnam. Hæc pópulum justum et semen sine querela liberávit a natióibus, quæ illum deprimébant. Intrávit in ánimam servi Dei, et stetit contra reges horréndos in porténtis et signis. Et réddidit justis mercédem labórum suórum.

**GRADUAL Psalms 17: 33, 35**

Deus, qui præcínxit me virtúte: et pósuit immaculátam viam meam. Qui docet manus meas ad prælium: et posuísti, ut arcum æreum, bráchia mea.

**TRACT Psalms 17: 38, 39, 50**

Pérsequar inimícos meos, et comprehéndam illos. Confríngam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Proptérea confitébor in natióibus, Dómine, et nómini tuo psalmum dicam.

**GOSPEL Luke 6: 6-11**

In illo témpore: Factum est et in álio sábbato, ut intráret Jesus in synagógam et docéret. Et erat ibi homo, et manus ejus dèxtera erat árida. Observábant autem scribæ et pharisæi, si in sábbato curáret: ut invenírent, unde accusárent eum. Ipse vero sciébat cogitatiónes eórum. Et ait hómini, qui habébat manum áridam: Surge et sta in médium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Jesus: Intérrogo vos, si licet sábbatis benefácere, an male: ánimam salvam fácere, an pérdere? Et circumspéctis ómnibus dixit hómini: Exténde manum

sold, but delivered him from sinners: He went down with him into the pit. And in bands He left him not, till He brought him the sceptre of the kingdom, and power against those that oppressed him: and shewed them to be liars that had accused him, and the Lord our God gave him everlasting glory. She delivered the just people and the blameless seed from the nations that oppressed them. She entered into the soul of the servant of God, and stood against dreadful kings in wonders and signs. And she rendered to the just the wages of their labors.

God, Who hath girt me with strength: and made my way blameless. Who teacheth my hands to war: and hast made my arms like a brazen bow.

I will pursue after mine enemies, and overtake them. I will break them, and they shall not be able to stand: they shall fall under my feet. Therefore will I give glory to Thee, O Lord, among the nations, and I will sing a psalm to Thy name.

At that time: It came to pass also on another sabbath, that Jesus entered into the synagogue, and taught. And there was, a man, whose right hand was withered. And the scribes and pharisees watched if He would heal on the sabbath; that they might find an accusation against Him. But He knew their thoughts; and said to the man who had the withered hand: Arise, and stand forth in the midst. And rising he stood forth. Then Jesus said to them: I ask you, if it be lawful on the sabbath-days to do good or to do evil; to save life, or to destroy? And looking

tuam. Et exténdit: et restitúta est manus ejus. Ipsi autem repléti sunt insipiéntia, et colloquebántur ad ínvicem, quidnam fácerent Jesu.

**OFFERTORY Job 14: 7**

Lignum habet spem: sipræcísium fúerit, rursum viréscit, et rami ejus púllulant.

**SECRET**

Ut, quæ tibi, Dómine, offérimus, dona tuo sint digna conspéctu: beáti Joánnis et Sanctórum, quos ejus ópera expósitos in templis cólimus, pia suffragátio conspíret. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE OF LENT**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérrne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómpimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítta júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

**COMMUNION Psalms 36: 17**

Bráchia peccatórum conteréntur, confírmatur autem justos Dóminus.

**POSTCOMMUNION**

Sumpta nos, quæsumus, Dómine, dona coeléstibus armis tueántur: et

round about on them all, He said to the man: Stretch forth thy hand. And he stretched it forth; and his hand was restored. And they were filled with madness; and they talked one with another, what they might do to Jesus.

A tree hath hope: if it be cut, it groweth green again, and the boughs thereof sprout.

That the gifts we offer Thee, O Lord, may be worthy in Thy sight, let the loving intercession of blessed John be joined with that of Thy saints, whose visible forms we, by his doing, venerate in our churches. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

The arms of the wicked shall be broken in pieces, but the Lord strengtheneth the just.

May the gifts we have received, O Lord, we beseech Thee, guard us with